



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensio Regie || assert[i]o[n]is co[n]tra Ba||bylonicam
captiuitate[m]**

Fisher, John

Coloniæ, 1525

VD16 F 1226

Capvt Nonvm. Quaeda[m] q[uae] Lutherus falso impingit illustrissimo, regi
diluunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30480

Contra captiuitatem Baby. Cap. IX

confitendū non est habita memoria. Neq; sacramentū istud, ut sæpe diximus est signū remissionis peccatorū, sed unionis est sacramentū, & incorporationis Ch̄o, nō remissionis peccatorū. Aliud est enim prestare peccatorū remissionē, & sacramentum esse talis remissionis.

¶ Quædā que Lutherus falso impingit illustri-
simo Regi, diluuntur. Cap. IX.



Am satis abūde cōfectū ē, opinor, missam nō esse promissionē solā, neq; totā ipsius missæ uirtutē in p̄missionē remissionis peccatorū cōsistere. Quā obre & a ueritate lōge alienū est, q̄ Luth. cōmīnat, nēpe q̄ nisi missam obtinuerim⁹ eē p̄missionē seu testamētū (ut ipse falso iactitat uerba clare sonare) totū Euāgeliū & uniuersum solatiū amittim⁹. Nā & integra nihilominus erit totius euāgelij ueritas. Sed neq; solatiū quicq; est, q̄ Lutheranorum cōmentū hominibus queat afferre, quod non iuxta cōmunem totius ecclesiæ ritum & fidem idq; longe cumulatius q̄ pro Lutheri somnijs exhibeatur.

Corpus Ch̄i
feri p̄ cōsecra-
tionē nō pro-
bat ex nudis
euāgelij uerbis
sine pia inter-
pretatione

Addā & istā, q̄ nisi ritus ecclesiæ tot seculorū usu, pariter & patrum assertionib⁹ eēt cōprobat⁹, nec Luth. neq; ali⁹ q̄sq; ex euāgelij nudis uerbis aduersus proteruiētē euinceret corpus Ch̄i p̄sentia in sacramēto fieri p̄ cuiusuis sacerdotis cōsecrationē. Et q̄tū damnū eēt nobis hoc solatiū priuari, aut in hæsitatiōe aliquā leuiculā hui⁹ rei uenire. At in istā inciderim⁹ hæsitatiōne haud dubie, si cū Luth. nihil patrum interpretatiōni nihilq; cōsuetudini cēserem⁹ deferendū. Veruntū ex euāgelij uerbis una cū assertionib⁹ patrum, atq; diuturna cōsuetudine, p̄sertim in re tāti ponderis, nihil dubito q̄n euincet aduersum oēs, in missā uere carnē & sanguinē Ch̄i cōsecrari donariq; fidelib⁹. Sed de ijs reb⁹ postea copiosius dicem⁹. Interea certū habeam⁹ nullū in toto euāgelio uerbū eē, q̄ Lut. ualeat aduersus proteruiētē firmare missā eē p̄missionē, q̄d tñ ipse toties & tā magnifice iactitat

¶ Age iā excutiamus & istud q̄ nō erubescat hō impudentissimus regi et mēdaciū et cōtradictionē impingere, q̄ is hoc loco fateat sese ad tædiū usq; de testamētis & promissionib⁹ a cōcionatorib⁹ audisse, & tñ postea cū de sacro ordinis loquat

neget ullā ī tota cœna dñica eē pmissiōe. At ī hoc plane mē
 dacissim⁹ eē Luther⁹ dep̄hendit ab eo q̄ ŷba regis illic scripta
 uelut plegere. Sūt em̄ hęc ŷba regis. Legat loc⁹ de cœna dñi
 ca non reperiet apud ullū euāgelistā; in susceptione sacramē
 ti promissam grām. Legit a Ch̄so dictū, hic ē sanguis me⁹ no
 ui testamēti q̄ promittis effundet in remissionē pctōr. Quib⁹
 uerbis significauit semeip̄m in cruce p passionē redēptur̄ ge
 nus humanū. Sed quū dixit añ. Hoc facite in meā cōmemora
 tionē, nullā hoc faciēti, id ē sacerdoti cōsecrāti, neq; eucharis
 tiā recipiēti, grām ibi promittit, nullā pctōr̄ remissionē. Ha
 ctenus ipse rex. Quibus uerbis palā est regē negare uel grām
 uel remissionē peccator̄ in missa promissam eē, uel ei qui con
 secrat, uel ei q̄ recipit eucharistiā. Et hoc sane uerissimū ē. Nō
 negat tñ quin in ipsis uerbis missæ recenseat promissio remis
 sionis pctōr̄, q̄ promissio, ut dicit, facta est propter effusionē
 sanguinis in cruce, & ppter ipsam passionē, q̄ genus redemit
 humauū, nō propter esum sacramēti. Mendaciū igit̄ apertis
 simū, q̄ rex negarit ullā eē promissionē in missa.

Sed & istud q̄q; nihilomin⁹ mēdaciū est, q̄ rex sibi ipsi cōtra
 dixerit. Quū nihil repugnet cōcedere, se ab alijs audisse de te
 stamētis & pmissionib⁹ istiusmodi, & negare tñ qd̄ ī missa fu
 erit ulla grā seu pctōr̄ remissio uel cōsecrāti uel suscipiēti eu
 charistiā apte promissa. Rex ubiq; secū cōstat, & pro his q̄ do
 cet aut scripturas aut rōnes affert efficacissimas, quas, uel aure
 surda Lutherus p̄transit, uel mēdacijs & cauillis eludere cona
 tur, quēadmodū & in hoc (qd̄ proxime sequit̄) manifestū est.
 Nā ait regē citra ullā probationē alseruisse, fieri a sacerdoti
 bus, nō modo id qd̄ Chr̄s in cœna, sed qd̄ in cruce fecit. Qd̄
 est haud dubie mendaciū apertissimū. Nā rex ad id cōproban
 dū duas affert scripturas, utranq; ex Paulo.

¶ Sed uerba regis subiiciā. Si nobis (inqt) instet Luther⁹ sa
 cerdotē offerre nō posse, quia Chr̄s in cœna nō obtulit, re
 cordet̄ eor̄ quæ dixit ipse testamētū inuoluere testatoris mor
 tē, nec añ uires & robur sumere & tota p̄fectione compleri,
 quā eo moriente qui testatus est. Quamobrem non solū per
 tinent ad testamentum quæ prius fecit in cœna, sed etiam

Verba regis

Mat. 26.

Episcopus

Lut. false im
ponit regi cō
tradictionemRex bina auto
ritate pbauit.
id a sacerdoti
bus fieri qd̄
Chr̄s fecit

III

Verba regis.

Contra captiuitatem Baby. Cap. IX.

- oblatio eius in cruce. Nā in cruce cōsummauit sacrificiū, qđ inchoauit in cœna, eoq; totius rei cōmemoratio nēpe cōsecrationis, in cœna & oblatiōis in cruce uno celebraf ac rep̄sentaf sacramētō missæ, atq; adeo uerius mors representa q̄ cœna.
- I. Cor. ij.** Ap̄tus em̄ quū Corin. scriberet. Quotiescūq; panē hunc comederitis & calicē biberitis, adiecit, nō cœnā dñi, sed mortem dñi annunciat. Haftenus ipse Rex.
- Episcopus** In qbus uerbis lector apte uides, regē testimonio Pauli cōmunisse qđ dixerat nimirū in missa uerius mortē Ch̄i rep̄sentari q̄ dominicā cœnā. Annūciabit (inqt) mortē dñi donec ueniat. Quā scripturā & nos añ latius tractauimus.
- Verba regis** Sed audi iā alterā scripturā ex Luca, quā rex ad idip̄m cōprobandū produxit. Verba regis sunt hæc. Negari nō p̄t sacerdotē in missa bonū opus facere, q̄ppe q nō aliud facit in missa, q̄ Chr̄s in cœna fecit & cruce, hoc em̄ declarant uerba Ch̄i
- Lucæ, 22** Hoc facite in meā cōmemorationē. Quibus uerbis qđ aliud uolebat, ut in missa representarent ac facerēt, q̄ ipse faciebat in cœna, & cruce. Hucusq; rex. Lutheri tñ tāta est improbitas ut nihil pudeat asseruisse regē id dixisse solū, & non probasse, quū tamen pro una re, duo scripturatū testimonia Rex produxerit, ut iam ostendimus.
- Cauillū Luth** Audisti mendaciū lector, accipe nūc & cauillū qđ ilico subiecit. Dico (inqt) ego cōtra, Manifestū eē sacerdotes in missa id omittēre qđ Chr̄s in cœna fecit, & id facere qđ Iudæi fecerunt in cruce Ch̄o. Nec dico hoc solū, sed probo quoque, Nā q uerbū dei puerit & extinguit, is uere crucifigit filium dei, id qđ faciunt oēs qui ex promissione opus faciūt, quū hoc uere sit ueritatē dei mutare in mendaciū. Hæc Lutherus.
- Confutatio.** Ego certe neminē haftenus audiui, q̄ promissionē opus fecerit. Neq; si quisq̄ id tutari uellet, q̄ promissio fuerit opus, non uideo quomodo ueritatē dei cōmutet in mendaciū. At unum
- Luth. Christū crucifigit** scio, q̄ si puertere & extinguere uerbū dei, sit filiū crucifigere, Lutherus Christū ita crucifigit, ut nemo magis. Nā ip̄e tā illud, Annūciabit mortē dñi, q̄ illud, facite in mei cōmemorationē, peruertere simul & extinguere conatur penitus
- III** ¶ Subinde nō minus impudenter, & sacrū ipsius missæ ca

nonē, tot seculis a patribus nō minori eruditione q̄ uitæ san-
ctimonia præditis honorifice cultū, ipse cōtemnit ac pro nihi-
lo ducit. Canonē (inquit) ego reieci & reijcio, q̄ prorsus aper-
te cōtra euāgeliū uocat sacrificia, q̄ sunt signa dei promissio-
nis adiecta, nobis oblata, a nobis recipiēda, nō offerēda. Pri-
mū hic audis lector, q̄ sacrū reijcit canonē, q̄ nihil hacten⁹ a-
pud orthodoxos, exceptis euāgelijs, antiqui⁹ habitū est. Qui
cōtemptrus (si nihil aliud eēt) abūde mōstrat q̄le monstrū & q̄
horrēdū sit Lutherus. At causam subdit, nēpe, q̄ prorsus ap-
erte cōtra euāgeliū, uocat sacrificia, q̄ sunt signa dei promissio-
nis adiecta. Verū istud apertissimū est mendaciū, q̄ canon
prorsus aperte cōtra euāgeliū ipsa dei signa uocet sacrificia.
Proferat uelim ipsum euāgelijs locū, qui canoni tā aperte cō-
tradicat, id quod scio nunq̄ faciet. Nos aut̄ abunde satis pro-
duximus, cur uerus agnus Chrūs Iesus, uere sub illis panis &
uini speciebus in altari sacrificet̄. Et qd̄ prohibet signa dei uo-
cari sacrificia? Nam & in ueteri lege quæ sacrificia uocant̄,
fuerunt item & Christi, per suam passionem immolandi sig-
na, simul & promissionibus adiecta, quēadmodū superius o-
stendimus. Quid mirū igit̄ si panis & uini species, quæ nō mo-
do signa sunt carnis & sanguinis ipsius agni iā olim in cruce
pro nobis immolati, uerū etiā eundē uere præsentē annunciat̄
ant̄ ob reficiendā eiusdem immolationis memoriā. Quid in-
quā mirū est, si eiusmodi signa sacrificia uocent̄? quando nus-
q̄ (quod tamen ob consequendā uerā uitā oportuit) agnus ille
comedit̄ præterq̄ ex hoc sacrificio. Geminū itaq; mendaciū,
ut fere solet, Lutherus huc inuexit, alterū, q̄ signa ipsa nō de-
beant uocari sacrificia. Alterū, q̄ affirmet id tā prorsus aper-
te facere contra Euāgelium.

Quo uero subdit ideo signa hæc non esse offerēda, q̄ nobis ob-
lata sint & a nobis recipiēda, quid stolidius dici poterit quā
nihil penitus habeamus offerendū, quod nō a deo prius acce-
perimus. Sic em̄ David deo confitet̄. J. Paral. 29. Tua sunt om-
nia, & q̄ de manu tua accepimus dedim⁹ tibi. Et Paulus idē
tidē ait. Quid habes quod non accepisti. Quare si nihil deo sit
a nobis offerendū, nisi quod non accepimus, nihil unquā offe-

Signa dei uo-
cant̄ sacrificiaSpēs panis &
uini uocant̄
sacrificiaDuplex Lut.
mendacium

I. Cor. 4

Filius patri
offerendus

Meritū passio
nis applicat
hominibus

Sola fides nō
sufficit cultu
be a dultro.

VI
Lu. mētū oīa
obata fuisse
incensa.

remus. Præcluditur em̄ ad hunc modum omnis oblatio pe-
nitus, id q̄d apertissime scripturis cōtranit̄, quippe q̄ passim
hortant̄ ut hostiā aliquā offeramus deo. Q̄ si possit quidpiā
(q̄d a deo pridē accepimus) deo rursus offerri, qd uetat, q̄ mi-
nus hūc immaculatū agnū, tā acceptabilē patri, quippe q̄ pro
peccatis olim offerebat, & ad nostrā utilitatē a deo nobis do-
natus sit, qd inquā uetat, q̄ minus eundē rursus offeramus pa-
tri, ceu iuge quoddā sacrificiū, pro peccatis (q̄ cotidie facim⁹)
cotidie redimendis. Nā & si Chrūs semel oblatus fuerit pro
peccatis oībus abolendis, tñ oblationis illius meritū & fruct⁹,
nō nisi medijs idoneis, peccatoribus omnibus applicat̄. Alio-
qui nemo pctōr̄ nō fieret saluus, sed cuncti damnarent̄.

¶ Q̄ si Luther⁹ dixerit sufficere cuiq; suā fidē, neq; ego res-
fragor, ubi cetera defuerint. Verū ubi cætera queant obtineri
nec tñ cōquirendi sufficiens adhibeat diligētia, talē fidē ego mi-
nime suffecturā opinor, sed protinus ipsa negligētia deforma-
ri. Nā alioqui frustra nō mō baptismus, uerū etiā absolutionis
sacm̄ & Eucharistia q̄q; fuissent instituta. Per hæc ergo sacra-
mēta, passionis illius fructus pctōribus cōmunicant̄. Nihil er-
go prohibet quin sub signis Chrūs uerus agnus offerri possit
quū hac hostia nulla altera purior, nulla sanctior, nulla deniq;
patri acceptior excogitari queat.

¶ Hic multis cōuitijs, multis insanijs, multisq; deniq; pueri-
libus ineptijs p̄teritis ad illud solēne de sacris lris mēdaciū ue-
nio, q̄ Luthe. cōtēdit nullū in lege fuisse sacrificiū qd recipie-
bat & nō penitus totū incēdebat. Mihi (inqt) satis. In lege qd
quid offerebat totū incēdebat. Putat em̄ offerri nihil qd nō ig-
ne prorsus absolvebat, quū scripturæ palā asserāt, nō mō po-
pulū obtulisse sacerdotū manibus, uerū etiā & ipsos sacerdo-
tes immolasse lōge plura q̄ incēderint. Sed de pp̄lo prius exē-
plū producam⁹. Leuit. 2. sic scriptū est. Anima quū obtulerit
oblationē sacrificij dño, simila erit eius oblatio. Istud oīno de
quīs offerente quātumuis laico dabet intelligi. Porro sacerdo-
tis officij erat ex tota ipsa oblatione memoriale q̄ddā decerpe-
re, mox ignibus exurendū, ut ibidē tradit̄. Nā paulo post seq̄-
tur. Ac deferet ad filios Aaron sacerdotis. Quorū unus tollet

pugillū plenum similæ, & ponet memoriale super altare &c. Ecce uides lector priuatum illū de populo prius ad sacerdotis manū offerre, deinde sacerdotē ipsum offerre denuo. Rursum in eodē capite sequit̄ apertius. Sin de craticula fuerit sacrificiū tuū æque simila consperget oleo, quā offerens dño trades in manibus sacerdotis, Ecce traditio manibus sacerdotis oblatio dicit̄, & oblatio dño facta. Quā (inquit) offerēs dño, trades in manibus sacerdotis. Et continēter sequitur de sacerdote. Qui quū obtulerit eā, tollet memoriale de sacrificio & adolebit super altare. Ecce uides lector q̄ priusq̄ id quod pro memoria li defumitur exturendum, totum illud pridem oblatum a laico dicitur oblatio, & denuo per sacerdotem oblatum, uocatur sacrificium.

Cæterū ne in uerbo memoriale scrupulus habeat, Moses gn̄to Leuit. quid p̄ hoc uelit intelligi docet apertius. Nā post q̄ pauperi (qui nō haberet quicq̄ uinū offerendū) similā offerri iussisset, ilico mandat ut sacerdos plenū ex ea pugillū hauriens cremet super altare in monumentum eius qui prius obtulerat quodq; residuum esset, sacerdos in suam partem acciperet. Ecce uides id quod incenditur in eius memoriale & monumentum fieri, qui prius obtulerat. Bis igitur oblatum fuit, semel per laicum & denuo per sacerdotem, tertio nō nihil ipsius oblatis cremabatur. Sed & in eodem capite plenius aperitur, non solum id offerri quod incenditur, sed totum quod apportatur ad manus sacerdotum. Nam iubetur ibi pauper, qui pecus nō habeat, duos offerre turtures, aut duos pullos columbarum, alterum pro peccato, alterum in holocaustum. Offerebatur igitur uterq; sed alter tantum incendebatur. At in re nimis aperta nimis laboramus, uerū istud ideo facimus, ut nemini non dilucidum sit, q̄ sit impudens Lutheri mendacium.

¶ Et quanquā ex his quæ diximus aliquousq; constet, etiā am sacrificium aliquod in lege fuisse quod recipiebat, & nō totū incendebat, quēadmodū de altero turture aut altero pullo colūbarū apertissimū est, non grauabimur tamen & alia super hac re producere testimonia. Ego certe demiror hominē, qui

Memoriale
qd significet.

VII.

Sacrificiū nō
sē cōburebat

Contra captiuitatem Bably. Cap. IX

tantā sibi de sacris biblijs peritiā arrogat, contrariū asserere tā impudenter, quum in biblijs occurrant eius rei tā frequenter exēpla. Nā Leuit. x. legit ita sacerdotibus dictū. Tollite sacrificiū quod remansit de oblatione dñi, & comedite illud absq; fermēto iuxta altare, quia sanctū sanctorū est. Ecce q; reliquū fuit p̄ter oblationē dñi, hoc est præter id q̄d incendebat, sacrificiū erat, q̄d & sacerdotibus in cibū fuit. Et quāq; aliqua pars totius exurebat in memoriale, nihilominus ip̄m totū erat deo uere sacrificatū. Nam ubi quispiam e populo sacerdotū manibus rem quāuis obtulisset, primū, si fuisset ipsa res inanimis, cuiusmodi simila est, siue cruda, siue cocta, frixave, mox eādē sacerdos in sacrificiū offerebat, ut nuper diximus, atq; ita demū portiuncula quadā eius sacrificij in altari exusta, quicquid residuum fuerat ab ip̄s edebatur sacerdotibus. Sic em̄ aperte iussit Moses, Leuit. 2. Quicquid (inquit) reliquū est, erit Aaron & filiorū eius sanctū sanctorū de oblationibus dñi. Q; si pecus offerendū esset a populo aut a principe, aut a priuato quouis, posteaq; sacerdotum manibus id semel oblatum fuisset, tū sacerdos idem pecus immolabat in altari sanguinem eius effundens, & eodem altaris basim respergens, iamq; hostia & sacrificiū appellabatur. Postremo nōnullam eius partem sacerdos exurebat in memoriā ipsius muneris, si uel pacificorū hostia fuisset, uel uictima pro peccato. Quicquid autē reliquū erat, sacerdotibus in esum uertebat. Is ordo Leuit. 3. 4. & 5. patet apertissime. Quāobrē & Num. 18. dñs ad Aaron dicit. Omnis oblatio, & sacrificiū, & quicquid pro peccato atq; delicto redditur mihi, atq; cedit in sancta sanctorū, tum erit & filiorum tuorū. In sanctuario comedes illud. Quid p̄t apertū dici? Propter q̄d et Moses uti Leuit. x. tradit, iratus fuit aduersus Eleasar & Ithamar filios Aaron, q; hircū oblatū pro peccato nō comedissent, sed exussissent penitus. Cur (inqt) nō comedistis hostiā pro pctō in loco sancto qui sancta sanctorū est. An nō ex his uerbis palā est idipsum quod edebat oblationē & sacrificiū fuisse. Sed & Exod. 29. Panes (inquit dñs ad Mo sen) qui sunt in canistro i uestibulo tabernaculi testimoniū comedent, ut placabile sacrificiū & sanctificent offerentiū ma

nus. Ecce ipsa receptio & comestio panū, sacrificiū illud efficit placabile quo manus itē offerentiū sanctificabant. Et Deuter. 18. scriptū est. Non habebūt sacerdotes, & leuitā, & omnes qui de eadē tribū sunt, partē & hæreditatē cū reliquo populo Israel, quia sacrificia dñi & oblationes eius comedēt, talis sum est igit, q̄ nullū in lege fuisset sacrificiū quod recipiebāt, & non totum penitus incendebatur.

Cæterū & ex euangelio probemus hoc ipsum. Christus em̄ apud Matthæū cap. 12. uocat sacerdotū opera sacrificiū. An nō legistis (inquit) in lege, q̄ sabbatis sacerdotes in tēplo sabbatū prophanāt & crimine uacāt? Et quō prophanāt, nisi faciendis sacrificijs. Nā & hāc eorū operā sacrificiū appellat quū subdit. Misericordiā uolo & nō sacrificiū. At ob hęc q̄ incendebant, solius ignis opa suffecit citra sacerdotū sudores. Sacerdotū labor erat potissimū in iugulandis & excoriandis pecoribus, qd̄ opus adeo sacrū fuit, ut nemini alteri p̄ter q̄ sacerdoti licebat id facere. Quāobrē & palā est hoc opus a Ch̄o uocatū sacrificiū. Mendacissimū igit est qd̄ Lutherus affirmat, nēpe, q̄ in lege quicquid offerebat deo, totū incendebat. Nec em̄ solū quod exurebatur, sed & quod edebatur ab ipsis sacerdotibus, erat uere sacrificium, nisi quis malit cū Luthero scripturas omnes peruertere, q̄ assentire ueritati.

Satisfecimus igit (opinor) quæstioni Lutheranae, qua tā arroganter quæsiuit, ubi reperietur in lege sacrificiū quod recipiebatur, & nō penitus totum incendebatur. Palā igitur ex his est nihil omnino repugnare, q̄ Christi corpus & sanguinē in missā uocemus sacrificium. Et eadem identidē fateamur, non solū ante nobis a deo donata fuisse, uerum etiā a nobis rursus in cibū esse recipiendā, Sic em̄ in ipsis typis factū legimus, nimirū in ueteri lege res uidelicet a deo donatas, eidem rursus immolatas demū a sacerdotibus in cibū sumi. Ex his iā discat lector q̄ta sit, uel inscitia, uel impudentia Lutheri. Insцитia primū, si tot scripturarū inscius fuerit, quarū notitiā uni sibi præcæteris uendicat. Impudentia uero, si nō ignorauerit, & tamē dissimulet, imo neget, eas usquā in lege reperiri posse. . . .

Sed prolixiores q̄ oportuit in re nimis dilucida fuimus. Verū

Corpus Ch̄i
& sanguis uoz
caī sacrificiū
a nob̄ sumens
dum.

tamen si, quæ sequunt, meras amentias quibus Lutherus haud aliter quæ furijs actus infernalibus debacchat, persequi uelimus, in uno certe lectorẽ quẽuis afficeremus tædio. Quãobrẽ & illis dimissis ad ea quæ sunt maioris momenti transeamus.

¶ Interpretationi quã de scripturis p̄res cõcorditer reliquerunt fidẽ adhibendam esse. Cap. X.

I.



Aud multo post hæc Lutherus cõtrouersiam quandã agit. An uidelicet p̄ter scripturas, uel la traditionibus patrũ habẽda sit fides. Quam sane cõtrouersia Rex haudquaquã (uti Lutherus fingit) sed Lutherus ipse callide mouit quo regijs argumentis, quæ fuerant ob aliud institutũ in mediũ allata, posset abuti comodius. Nam ubi Lutherus duobus potissimũ, hoc est uerbo Christi pariter & exẽplo probare cõtendit missam esse promissionẽ. Rex utrunq; pluribus rationibus atq; scripturis confutans docet, neq; uerbũ ullũ Christi, neq; exemplũ quoduis, solidã eius rei p̄stare probationẽ. E quibus argumentis Lutherus quãdam decerpit, alio cõtortues quæ Rex instituerat, ut facile quis lector iudicabit. Cæterũ quia Lutherus hanc cõtrouersiam introduxerat, ex eo iustissima nobis datur occasio iã præstãdi, quod ante pollicebamur, nimirũ ostendendi, quod intellectus Euangelij certius haberi potest ex interpretatione patrum, & usu nobis ab eisdẽ tradito, quã ex nudis ipsius Euangelij uerbis. Simulq; patebit nõ posse ex ipso euangelio probari, missam esse promissionem.

Euangelij sensus ex patrum interpretatione petendus est.

II

¶ Sed prius illud aggrediamur & doceamus, quod citra patrũ interpretationẽ, & usum nobis ab eisdẽ traditũ, nemo probabit ex ipsis nudis Euangelij uerbis, sacerdotẽ quẽpiã his tẽporibus uerã Christi carnẽ & sanguinẽ cõsecrare. Nõ quod res hæc iã ambigua sit, sed quod eius certitudo nõ tã habeat ex uerbis euangelij, quã ex patrũ (ut diximus) interpretatione, simul & usu tanti temporis quem illi posteris reliquerunt.

Iohan. wiclef negat Ch̄m cõsecrasse in cœna.

Principio si quis donauerit (quod tamen wiclefus prorsus negat) Christum in cœna uere corpus & sanguinẽ suum ex pane uinõq; cõsecisse, nequaquã ex hoc infertur, quod unusquisq;